



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. An Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictionem Episcopi ordinariam? Ex part. 8. tr. 4. res. 1.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

per Tridentinum dispensatione, non subinde conceditur commutatio. Probat Antecedens, quia cum dispensat Ordinarius, solum tollit omnino obligationem, & vinculum legis; at cum commutat, tollit omnino vinculum legis, & imponit novum vinculum: non sic autem est in Voto, in eo enim plus est dispensatione, quia tollitur omnino vinculum Voti; quam commutare quod non tollit vinculum voti, sed idem votum manet circa materiam commutatam, unde dicitur Votum, si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id in quod commutatur per inferiorem, non impleatur: Inferior enim non potest legem edere. Et constat manifeste differentia, quia Votum potest idemmet vovens in melius commutare, non tamen obligationem legis. Secundò probatur etiam ex Tridentino, *sess. 25. de reform. c. 18.* ubi precipitur dispensationem gratis faciendam esse: ergo non potest imponi aliqua elemosyna, alias non concederetur gratis dispensatio, ut non vere faciam sciam pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad elemosynam tertio conferendam. Et confirmatur, quia Episcopus concedens subdito Dimissorias ad ordines, non potest ipsum obligare ut eam ob causam elemosynam alicui largiatur, quia esset contra Tridentinum, *sess. 21. c. 1. de reform.* iubens dimissorias gratis dari; ergo cum similiter iubeat, *d. c. 18.* dispensationem gratis fieri, non poterit dispensans aliquam elemosynam imponere ex obligatione dandam.

2. Limitatur tamen nostra Sententia nisi Episcopus dispensare in aliqua Irregularitate orta ex deli-

cto, tunc enim posset imponere aliquod onus ei cuius quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in poenam delicti. Itaque quando delictum præberet iustum dispensandi causam, ut Concubinitus, aut Virginis defloratio, tunc non ob dispensationem, sed in delicti poenitentiam, posset Ordinarius aliquam multam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem delicti, potest in delicti poenam aliquid imponi, iustum enim est, ut poenas det. At his non obstantibus, licet ego ut dixi circa præsentem difficultatem sententiæ negativæ ad hæreticam, puto tamen affirmatiivam esse probabilem; unde excusatur Episcopus, ut observat Palæus, & Sanchez; qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permissio, imponunt aliquam multam pecuniariam per modum cuiusdam commutationis; quia inmittuntur sententiæ probabilis gravissimorum Doctorem, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententiâ adductas, posset responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis: Nam eo ipso, quod Episcopis, tanquam ordinariis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, ut vel integre dispensent, vel aliqua commutatione admittant.

3. Notandum est tamen ab Episcopis omnes supradictos Doctores tam negativæ, quam affirmatiivæ sententiæ concordanter docere pecunias impositas pro dispensationibus, seu commutationibus modo quo supra factis, applicandas esse piis operibus, vel pro elemosynis distribuendis.

Resoluto sexta, quæ huic tr. deest, ut in proprio loco apposta est in tom. 5. tr. 10. Ref. 130. Alia vero Ref. id est decima huius tr. invenitur infra in seq. tr. ad n. Ref. 59.



TRACTATUS QUINTVS,
DE
POTESTATE CAPITVLI
SEDE VACANTE.

Ad ornatum, *cap. si Episcopus, de Suppl. negl. Pral. in 6.*

RESOLVTIO PRIMA.

In capitulum Sede vacante succedat in iurisdictione Episcopi ordinarius: Ex p. 8. tr. 4. Ref. 1.

LIQVI asserunt, quòd Capitulum Sede vacante non succedit in omni iurisdictione Episcopi nisi tantum quoad ea, quæ in iure in particulari reperiuntur expressa. Ita Gloss. in *Clem. 1. §. 1. de heret. verb. Capitulum*, & in *cap. his que, de maior. & obed. Archidiacon. in cap. Pontifices, 7. quest. 1. col. 1. Ioan. Andr. in cap. pen. §. Episcopo, de recap. ord. lib. 6. Gemini. in can. Presbyteri, 24. diff. Lambertini de iure patr. lib. 1. part. 2. q. 2. art. 9. n. 2. & lib. 2. part. 1. q. 2. art. 1. n. 6. Ioan. Bapt. Costa de iudic. num. 44. Probari potest hæc opinio ex *c. 2. ne Sede vacante, ubi pontifex, ait*, Capitulum non succedere Episcopo in collatione beneficiorum, & reddit rationem; quia nullibi reperitur hoc in iure expressum;*

ergo Capitulum succedit tantum Episcopo, in iis, quæ in iure expressa reperiuntur.

2. Sed contrariæ sententiæ ego ad hæreo. Dico igitur Capitulum Sede vacante succedere in his omnibus, quæ ad ordinariam iurisdictionem, & administrationem Episcopi, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinent, ut docentur in *c. cum olim, de maior. & obed. c. 2. ne Prælati vires suas, c. ad abolendam, in princip. de heret. c. penult. & fin. de supplenda neglig. Prælat. lib. 6. c. 1. de maior. & obed. c. 1. de inst. c. 2. de off. Vicar. cod. lib. Trid. *sess. 7. cap. 10. sess. 2. c. 10.* & melius *sess. 24. c. 16.**

3. Et hanc opinionem docet Solorzanus de *Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 2.* ubi citat tredecim Doctores, quibus ego addo alios, quos citat, & sequitur Merolla *tom. 3. disputat. 7. capit. 7. amb. 1. numer. 2.* Idem etiam docet Valenzuela *confess. 107. per totum*, Filicianus à Vega in *cap. 5. de iudic. §. de adulteris, num. 4.* Ballæus *verb. Capitulum Sede vacante, num. 6.* & Machadus de *Perfèct. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tractat. 1. docum. 6. num. 2.* cuius verba hic non graubor apponere; sic enim ait: *Se ha de advertir que todos convienen en*

que la jurisdicción que goza el Cabildo Sede vacante, es sin duda jurisdicción ordinaria como la de su Prelado, y que como tal la puede delegar general, ó especialmente. A quanto se estienda esta jurisdicción; hic opus est Labor. Algunos Doctores sienten tan estrechamente della, que afirman, que el Cabildo Sede vacante solamente sucede en la jurisdicción de aquellas cosas que son de justicia, y necesidad, pero no en las que consisten en gracia, y voluntaria jurisdicción; y que por consiguiente no es suyo un necesario administrador. Otros son de parecer: que el Cabildo Sede vacante sucede à su Prelado, assi en la jurisdicción voluntaria, como en la necesaria; pero solamente en los casos expresados por derecho, y no en otros. Pero la opinión mas recibida; y comun, y con mayores fundamentos en derechos, la que defienden el Doctor Solozarino, y muchos graves Autores antiguos, y modernos, y la dan por regla general; conviene à saber, que la Sede vacante absolutamente sucede à su Prelado en toda aquella jurisdicción que el gozava, assi voluntaria, como necesaria; y por mejor decir: Apud illos quasi quodam iure accedendi manere, assi en las cosas temporales, como espirituales; y assi quanto à la jurisdicción, como à la administración: exceptos solamente los casos expresos: en que se la negare el Derecho (si algunos ay).

4. Siendo pues esta opinión tan comun, que à falta de Derecho puede servir de regla general del con que discurre por los casos particulares que los Doctores disputantes sin duda que con ella con mucha facilidad se conocer à lo que en esta parte puede, ò no la Sede vacante. Pues apenas se hallava en el Derecho caso que se le limite à la Sede vacante, sino es el del modo de conceder las Reuerendas de que luego diremos, y la de elegir Prouisor, con que viene à quedar su jurisdicción igual con la del Obispo. Hucvique Machadus; sed satis nimis amplè: eius sententia videtur in multis casibus limitanda, vt infra patebit.

5. Ad argumentum verò pro contraria sententia allatum respondetur, quòd cum collatio beneficiorum sit quedam donatio, vt dicitur in cap. de multa, de prebend. & hæc non comprehendatur sub quacumque ampla, & generali facultate concessa, nisi exprimat, vt diximus cap. 6. d. 21. merito dixit Pontifex in d. l. cap. 2. ne Sede vacante, Capitulum non posse conferre beneficia; quia nullibi reperitur hoc in iure expressum.

RESOL. II.

An Capitulum Sede vacante succedat in iurisdictione Episcopi delegata?

Et docetur, quod nunquam dispensationes matrimoniales diriguntur Capitulis Sede vacante, quamuis id nominatum petatur, sed Episcopis vicinioribus. Ex p. 8. tr. 4. Ref. 2.

Ad confir. §. 1. Negatiuum sententiam tenent tredecim Doctores, quos citat & sequitur Merolla tom. 3. disputat. 7. cap. 7. d. 1. num. 15; quibus ego addo Solozarum de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 4. Ref. 2. & §. vbi sic ait: Verior sententia, & in scholis, & in foro receptior, est, quòd ea, quæ non competunt Episcopis iure communi, vel ex iurisdictione ordinaria, & in eorum officio radicata, sed accidentaliter, vel ex speciali mandato, commissione, aut priuilegio Romani Pontificis, non transeunt in Capitulum: quia quamuis succedat in iurisdictione, non tamè in dignitate Episcopali, cui delegatio facta esse videtur, maxime si in litteris adiectum fuerit, vt procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, vt in exemplo dicti cap. quonia Abbas, & in visitatione Monasteriorum Montalium

exemptorium, de qua in Clem. 2. de stat. Monachor. & in aliis casibus similibus. Ita Solozarum.

2. Non desunt tamen Doctores affirmatiue sententia; adherentes; & ideo Augustinus Berous probare nititur in Capitulum Sede vacante delegatam quocumque transire, in cap. quoniam Abbas, num. 21. de offic. & id sub quibusdam distinctionibus tenet etiam Pavinus vbi supra, quæst. 11. num. 4. & 15. quibus ego addo Machadum de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 6. n. 4. vbi sic asserit: Lo que mayor dificultad tiene, es el averiguar, si en aquellos casos en que el Obispo procede no como juez ordinario, sino como delegado de la Sede Apostolica, que los mas della son del Concilio Tridentino, y todos los recoge Belarmino, la Sede vacante tenga facultad alguna. Muchos Doctores lo niegan. Pero otros mas probablemente defienden, que en ellos goza absolutamente el Cabildo Sede vacante jurisdicción ordinaria, y que puede lo mismo que el Obispo; porque todas las veces que la jurisdicción como quæra que sea, emana del Derecho, ò de algun Canon, se debe tener por ordinaria; y como en tal, segun la regla general referida, sucede sin duda el Cabildo Sede vacante. Ita ille.

3. Sed sapientissimus Sahagun Salmaticensis Professor in cap. quoniam Abbas, de offic. delegat. in respons. ad 3. argum. inquit, quòd cum hæc materia ardua & grauis sit, à communi non est recedendum, & expendit styllum Curia Romanæ, qui hodie perpetuo obseruatur, quatenus dispensationes matrimoniales nunquam diriguntur Capitulis Sede vacante, quamuis id nominatum petatur, sed Episcopis vicinioribus, quia Episcopalem dignitatem exigunt.

RESOL. III.

An Capitulum Sede vacante succedat in iurisdictione Episcopi voluntaria? Ex parte 8. tractatu 4. Ref. 3.

§. 1. Aliqui putant vt Capitulum succedat tantum in iurisdictione Episcopi contentiosa, seu necessaria, & sic in his tantum, quæ sunt iustitiæ non autem in iurisdictione voluntaria, seu in his, quæ sunt gratiæ, nisi in quantum reperiantur in iure concessum. Ita Ioan. And. in cap. vnic. de maiorit. & obedient. in 6. Felinus in cap. cum olim, eodem tit. in antiq. Boët. de Synodo Episcop. 3. part. n. 1. 4. Petrus Gregorius de benefic. cap. 38. n. 3. Azueto in Curia Pisana lib. 1. cap. 9. n. 10. Flam. de resignat. quæst. 23. n. 13. 35. & 36. Costa de iudic. n. 4. 4.

2. Cæterum hæc limitatio mihi non probatur, cum nullo nitatur solido fundamento, & ideo merito ab aliis reicitur. Ratio est, quia iura absolute dicunt Capitulum, Sede vacante, succedere in iurisdictione contentiosam & voluntariam; ergo neque nos distinguere debemus. Et hanc opinionem tenent Panvin. de potestate Capit. Sede vacante, 1. part. quæst. 5. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. n. 58. & sequenti. Federicus de Senis consil. 30. num. 2. Suatez tom. 5. in 3. part. disp. 50. sect. 6. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 40. & lib. 8. disp. 2. n. 10. Garz. de benefic. p. 5. cap. 7. num. 2. Nauarr. consil. 44. de tempor. ordin. & consil. 7. de filiis Presbyter. Vgolinus de censuris, tab. 1. cap. 10. §. 2. Sbroz de Præcar. Episcop. lib. 1. quæst. 15. & 16. Marc. Anton. Genuent. in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 85. Guertier. can. 99. lib. 1. cap. 11. num. 10. Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 305. Molin. tract. 5. de iustit. disput. 11. num. 5.

RESOL.